



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 101. Oratores novum Regem salutantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

aula cum debiti honoris testificationibus fuerunt excepti. Tertia post adventum die sistebantur Regi, cujus dexteram osculabantur, ac Posnaniensis Episcopus suorum sociorum nomine verba faciens ita disserebat: „cum Polonica Natio sui erga regiam Majestatem affectus testimonium magis luculentum haud edere potuisset, nisi dum ejus Fratrem ad ejusdem diadematis honorem assumpserat, duntaxat ejusdem precibus ad id permota, hinc hujus felicitatis nuntium allaturi in Franciam contendimus, spe freti, quod hæc electio in totius Europæ commo- dum cedat. „ Ad hæc Rex ob Legatorum adventum se gaudio affici testabatur, ubi iidem postea ad Reginae Matris, necnon ad regiae Conjugis alloquium admittebantur.

§. CI.

Oratores novum Regem salutantes.

Altera die Poloni Oratores equis vestiti sua obsequia novo Regi suo non ita pridem a Rupellensi obsidione reverso deferre parabant, qui etiam a præcipuis aulæ Proceribus ad eundem introducti perbenigne excipiebantur, hac etiam occasione Posnaniensi Episcopo perorante, qui hæc effatus est: „cum regnum per Sigismundi Augusti obi-

L 5

„tum

Sæcul. XVI.
 A.C. 1573.

Sæcul. XVI.
A.C.1573.

„tum vacasset, Senatus, Nobilitas, omnesque ceteri Ordines tam in Polonia, quam in Lithuania comitia egerunt, collectisque suffragiis pro more nostris Majoribus solemniter ac usitate in Regem suum elegerunt, ut utriusque Nationi imperares, attamen te memorem fore rogamus, ut eodem animo, quo tibi regnum detulimus, illud accipias, neque demonstrates, quod regium decus non magis studio, & voluntate gentis, quam egregiis tuis in Rempublicam Christianam meritis, sis consecutus, illudque hac ratione moderari, ac tueri tenearis, præprijis vero sacramenti religione te obstringere, ac polliceri debes, quod ea, quæ in pleno Senatu per Franciæ Oratores spondidisti, atque obtulisti, opere explere velis: postea & ego, meique focii cum summa animi lætitia effectui dabimus omnia, quæ unanimi suffragio in Ordinum comitiis sancita, & conclusa fuere, nec ullo pacto venerationi, obsequio, & fidelitati Regi, ac Principi nostro debitæ deerimus. „

§. CII.

Poloniæ Regis responsum hisce Oratoribus datum.

Thuan. l. c. Postmodum Rex latino sermone Deo omnipotenti Maximo, & Regni Ordini-